

## Capitulum III

**E** itaqz breuiter discim<sup>9</sup> vt quantum sit pondus regimi nis monstremus . ne temerare sacra regimina si quis his impar est audeat ⁊ per concupiscentiam culminis . ducatum suscipiat perditionis . Hinc enim pie Iacobus prohibet dicena . Nolite plures magistri fieri fratres mei . Hinc ipse dei hominumq; mediator : regnum percipere vitauit in terris . qui supernorum quoq; spirituum sententiam sensumq; transcendens ante secula regnat in celis . Scriptum quippe est . Iesus cum cognouisset qui uenturi essent vt raperent eum et facerent eum regem . fugit iterum in montem ipse solus . Quis enim principari hominibus tam sine culpa potuisset . q̄ is qui hos numerum regeret quos ipse creauerat . Sed quia idcirco in carne apparuit . vt non solu

nos per passionem redimeret . verum etiam per conuersationem doceret . exemplum se sequentibus pbens . Rex fieri noluit . ad crucis uero patibulum sponte peruenit . Oblatam gloriæ culminis fugit . penā opprobriose mortis appetit . Ut membra eius uidelicet discerent fauores mundi fugere . terrores minime timere . pro ueritate aduersa diligere . prospera formidando declinare . quia et ista sepe per timorem cor coinquinant . et illa per dolorem purgant . In istis se animus erigit . in illis autem etiam si quando erecit se sternit . In istis sese homo obliuiscitur . in illis uero ad sui memoriam nolens etiā coactq; reuocatur . In istis sepe et ante acta bona depereunt . in illis autem longi quoq; temporis amissa terguntur . Nam plerumq; aduersitatis inagisterio sub disciplina cor permittitur . Quod si regiminis culmen eruperit in elatione . protin<sup>9</sup> usu gloriæ pmutatur . Sic Saul q̄ indignū se pus cō-